Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

non est; De hoc amore qui hic incipit ut et ui
sione domini in superna patria perficiatur. Rursus esa
ias loquitur dicens; Uiuit dominus. cuius ignis est in sion
et caminus eius in hierusalem; Plus est autem caminum esse
quam ignem quia ignis esse et paruus potest. In ca
mino autem uastior flamma succenditur; Sion uero spe
culatio. hierusalem autem uisio pacis dicitur; Pacem ergo
nostram hic in terra speculamur ut illic post modum ple
ne uideamus; Ex amore ergo domini in sion ignis est et in hie
rusalem caminus quia hic amoris eius flammis ali
quantulum ardemus ubi de illo aliquid contemplamur.
Sed ibi plene ardebimus ubi plene uidebimus quem
amamus; altitudo uero in superiori est cubitus unius; Que
est ista altitudo sanctorum. nisi fides inuisibilium. Per fidem
enim creditur quod non uidetur atque ideo per hanc uis
mentis ad altitudinem ducitur ut cuncta uisibilia
despiciat in terra et ea que audit inuisibilia
sequatur in celo; Sed unum cubitum habet altitu
do in superiori quia unitas est fidei in corde omnium
sanctorum; Unum deum esse trinitatem et patres antiqui
crediderunt et praedicatores posteri confitentur nouimus;
Altitudo itaque mensura nihil uno cubito amplius